Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36552
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



oculos mentis vestre. et exhilarate corda. quia hodie facta est
vobis redemptio. et iugum captiuitatis vestre contritum est.
Audite ergo et gloricate dominum pro beneficiis que vobis mon
strauit. Principes autem sacerdotum postquam lancea latus
domini confoderunt dixerunt. Quia per uniuersam terram diuul
gata sunt signa et uirtutes plurime que fecit ihesus nauharenus.
recipiamus sanguinem de latere imaginis eius. et omnes infir
mos. et male habentes inde spergamus per uniuersam synagogam
gam. ut experiamur uirtutem xpi. et si uera sunt que de eo dicta
sunt. Et supponentes ampullam uitream ad locum uulne
ris. receperunt in ea sanguinem et aquam de latere ima
ginis domini decurrentem. Adhuc ipsis non credentibus sed
iniurias et blasphemias inferentibus. portabant ampul
lam plenam salute et uirtute. ad locum in quo multitudo
languentium coadunata fuit. Primum quidem omnium
paraliticum a natiuitate adeunt. liquore sancto summatim
perungunt. et incolomitati reddunt. Ceci quam pluri
mi a tactu sacre punctionis gaudium receperunt lumi
nis. demoniaci quoque ad odorem diuine uirtutis offereban
tur. et purgabantur. Vbi autem celebre uerbum hoc factum est
per uniuersam ciuitatem. alii atque alii se cum egrotis suis in
gerentes. de agris uicis et domibus multitudine infini
ta profluebant. et salui fiebant. Repleta est autem synago
ga eorum paraliticis. claudis. demoniacis. leprosis aridis.
cecis. mutis. et surdis. et omni genere morborum egrotan
tium. et a quo cumque genere languoris detinebantur sana
bantur. Videntes autem principes sacerdotum. et omnis syna
goga eorum signa et prodigia magna que fiebant cum mu